Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



448

CCCC xxx

Quod dico uobis in tenebris dicite in lumine et quod in aure audistis
predicate super tecta Et nolite timere eos qui occidunt corpus animam
autem non possunt occidere sed potius eum timete qui potest animam
et corpus perdere in gehenna Nonne duo passeres asse ueneunt
Et unus ex illis non cadet super terram sine patre uestro Vestri
autem et capilli capitis omnes numerati sunt Nolite ergo timere multis
passeribus meliores estis uos Omnis ergo qui confitebitur
me coram hominibus confitebor et ego eum coram patre meo qui est in celis
Qui autem negauerit me coram hominibus negabo et ego eum coram
patre meo qui est in celis Off. Gaudeant in te omnes qui diligunt nomen tuum
quoniam tu benedicis iustum domine ut scuto bone uoluntatis tue coronasti nos Secreta Pro
sanctorum tuorum petri et iacobi domine oblatione munera quae debemus
exoluimus precamur ut remedium nobis perpetue salutis operentur Com.
Quod dico uobis in tenebris dicite in lumine dicit dominus et quod in aure audistis predi
cate super tecta Compl. Ut precepta nos domine tua sancta purificent bu
petri et iacobi quos implorat oratio Po. Cornelii et cypriani mr.
Sacerdotes dei benedicite dominum sancti et humiles corde laudate eum Benedicite omnia
opera domini domino Infirmitatem nostram quesumus respi
ce et mala omnia que iustis merentur sanctis tuis auerte Epla.
Expectatio iustorum CCCC x. Gr. Timete dominum omnes sanc
tus eius quoniam nichil deest timentibus eum Inquirentes autem dominum non deest omni bono Alla
Mirabilis dominus noster in sanctis suis Secundum lucam
Nihilominus dicit turbis iudeorum et principibus sacerdotum
Ve uobis qui edificatis monumenta prophetarum patres autem
uestri occiderunt illos Profecto testificamini quod consentitis operibus
patrum uestrorum quoniam ipsi occiderunt eos uos autem edificatis eorum
sepulcra Propter hoc sapientia dei dixit Mittam ad illos prophetas et apostolos